

154 Dominica prima Quadragesimæ.

tria partes sunt oratio, eleemosyna, vigilæ, disciplinæ, ieiunium. IV. Post confessionem valde caendum à reddito quia vulnera reiterata grauius ledunt. *In serm. de temp. a fol. 117. pag. 2. ad fol. 118. pag. 2.*

S. EPHRÆM sermo huic Dominicæ satis conueniens, in quo ostendit quomodo anima cum lachrymis debeat orare Deum, quando tentatur à diabolo; deinde ab inferioribus renoucat, & ad superna prouocat. *tom. 1. pag. 62.*

I. GERSONII sermo in hanc Dominicam in præludio docet tempus quadragesimale esse tanquam decimationem totius anni, & vitam præsentem desertum in quo tres serpentes repriuntur sicut in solitudine populi Israël in exordio de superbia differit quæ tribus modis tentat penitentiam; videlicet inobedientia, præsumptione, & vana excellentia, quæ in hoc Euangeli manifestantur, & à Christo Domino debellantur: & iuxta hanc triplicem tentationem partitur sermo in tres partes. In prima post varias questiones & earum solutiones circa littera Euangelij ostendit quomodo inobedientia contra preceptum ecclesiasticum de ieiunio quadragesimali obseruando murmuraret; Vbi multa in laudem ieiunij proferuntur, & multiplices casus pro obligatione ieiunij soluuntur. In secunda, præsumptionem, penitentiam in propulsare, vt procrastinetur, & Confessarios instruit, multis documentis. In tercia, vanam excellentiam, penitentiam destruere, diuitias enim & honores querendo, impedit tertiam partem penitentiaz, satisfactionem, sicut inobedientia non ieiunando primam, contritionem seu dolorem de peccatis, & præsumptionem secundam, videlicet confessionem. *Tom. 2. part. 4. a col. 402. ad col. 410.*

Eiusdem sermo alter in illud Euangelij, *Non in solo pane, &c.* In quo ostendit quomodo diabolus tribus temptationum generibus, gulâ, præsumptione, & auaritiâ sit conatus auferre Christo panem devotionis, quo in deserto nutritebatur; Deinde moraliter concio-

A natura & in sexdecim considerationes totum complectitur. I. est, quantò anima bene vivere nititur, tanto ab inimico tentatur. II. signum bonum est quod anima in suæ conversionis primordiis impugnatur. III. anima conuersa non statim ad vita spiritualis eminentiam, eleuanda. IV. in temptationibus ad Deum per humilitatis orationis & timoris viam recurrentem. V. rationabiliter instituta fuere ieiunia. VI. excusantur quidam à ieiunio quadragesimali. VII. quomodo etiam aliis temporibus Christianus abstinere debeat per sobrietatem. VIII. gula, flagellorum Dei causa. IX. tentatio inimici quosdam eleuat, ut statim ad impietatem. X. pro virtutum adceptione, cuncta præsumptio & propria fiducia. XI. discere scripturam sacram animo solum curioso, aut malo, res periculissima. XII. cooperatio propria in salutis prosequitione necessaria. XIII. diuinitarū studium vitandum nec illis animo inhærendum. XIV. auaritia, dicitur Idolatria. XV. iniuria Deo illata, vindicanda. XVI. post graues temptationum afflictiones, magnas Deus immittit consolaciones, hæc autem omnia ex Euangeliô hodierno desumuntur. *tom. 2. part. 4. a colum. 424. ad colum. 432.*

C S. GREGORII MAGNI homilia in qua lectionem Euangelicam suo more explanat, & partiri potest in 5. membra. I. enim à quo spiritu ductus in desertum & cur à diabolo in alium sit sublatius Dominus Christus, declarat. II. docet temptationem fieri tribus modis suggestione, delectatione, & consensu. III. agit de Christi patientia, & nostra impatientia, in temptationibus. IV. de sacramento Quadragesimæ, & ieiunij. V. quid sit ieiunium sanctificare, explicat. *Tom. 3. hom. 16. in Euang. col. 41.*

* GUILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epistolam 2. Cor. 6. Horamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Hanc gratiam dicit esse beneficium redemptionis nostræ cuius obliuio valde timenda nobis est 1. propter benefi-